



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ab Isabella inuitatur. 48

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

dimissam cōcionem inuitari, suo-
 que hominem prandio adhiberi;
 quòd eam rem sibi volēti esse ma-
 ritus ostēderat. Ibi contendit op-
 portunè tanta vi de rebus diuinio-
 ribus, deq; celestium amore disse-
 rere **IGNATIVS**, vt inter modestiā
 eius ardoremque ad omnia dicē-
 tis verba vehementer obstupesce-
 rent. Hæc eadem Isabella, quòd
 cum Nauarcho conuenisse iam
 cōpererat, vt profecturus hospes
 lembulum ingrederetur, magno-
 pere dissuasit; tanquā futuri certa.
 49 Quippe is phaselus breui post
 in portu, inque ciuium ore, flucti-
 bus haustus, interiit; tracturus in
 cladem vtique & **IGNATIVM**, nisi
 conuentę morti fœmina interces-
 sisset. At ille grandiori nauigio ve-
 ctus, secunda tempestate quinto
 post die, quā Barcinone soluerat,
 Caietam appellitur. Inde Romam
 magnis itinerum difficultatibus
 con-